FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Adolph Mattias Drebes.

Drebes, Adolph Matthias

Halle (Saale), 12.06.1723

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-215925

Visual Library

24,2 / 121 : 33

Ψ LXXI, 17.

Deus docuisti me a iuventute mea
ideo annutio mirabilia Tua. Quae
vidi ac intellexi ego
Adolphus Matthias Drebesius Barbiensis Saxo
ex vitae mea

1. Ingressu. Qui initium capit anno MDCXCIV. Barbiam igitur
habeo patriam quae iam est unica et optima in comitatu Barbiensi
quo sedet Henricus Dux Saxoniae etc. Natus sum ex Sophia
quae orta est ex illa antiqua et Barbiensibus satis nata familia
Plempsiana; patrem vero nomino Laurentium Drebesium figulum
quondam civem Barbiensem, cuius patria erat Alslebia. His meis
parentibus etsi exiguae erant opes, tamen, quantum ei valuerunt, me
singulari cupiditate colendi studia flagrantem bonis artibus instituendum
toto animo curarunt. In quibus scientiis discendis usus sum praecepto-
ribus partim Dn. Hillero Con-Rectore Scholae Barbiensis, qui nunc en
Vivis, et Rectore eiusdem Scharschmidio, qui iam in officiis est pastorali;
partim et quidem per horas privatas alumnis chori nostri symphe-
niaci. Meis vero parentibus praeter opinionem per febrem ardentem
intra VIIIto dies praemature duobus sum orbatus gravissime.

Franckesche Stiftungen zu Halle

II. Progreſſu vitæ ac ſtudiorum. Hic fuit inter alumnos, quos Schola Calbenſis alit breuis quidem, ſed tamen grauis exinde, quo cognati ſummo ſtudio me alioquin facile de largiſſima Dei prouidentia deſperantem ab his inceptis et per dimidium vix anni Calbæ continuatis auocarunt et in artes mechanicas diſcendas incitarunt. Verum Deus, qui omnia bene ac ſapienter facit et dirigit, curſum me dirigere iubebat Alslebiam, quo manus Paſtoris eiusdem vrbis nomine Goedel promtæ erant me ſupra inſcriptum A. M. D. me ſcribo omnibus et opibus et amicis deſtitutum in ſuam curam ac protectionem ſuſcipere meique vbi[illegible]cis rationem habere beneuolam. Labores inter quos tempus mihi vt famulo conſumendum erat, nullam ferme horam litteris continuandis permiſerunt per 3 annos. Quare progreſſum earum lacrimis ac ſuſpiriis et ad Deum et iam nominatum paſtorem me expetentem totum tradidit Dn. Hermanno Franckio Summe Rev. Profeſſori Theol. ac Directori Orphanotrophei, quod Hala habet.

zu 24,2/121:33

Quem Virum ut alterum patrem adhuc obseruaui ac semper obseruabo. Cuius beneuolentia singularis et cura paterna primo me in numerum ac beneficia alumnorum, qui studia ibi co[illegible] lunt et transactis annis duobus prorsus in numerum orphanorum benigne suscepit. Hac schola latina, quæ in perpetuum floreat! ab ordine Vto usque ad ordinem Imum, quantum vires et corporis et animi valuerunt, sedi ac toto animo litteris liberalibus me dedi per quinque annos.

Finitis annis ac lectionibus scholasticis vocavit me anno nimirum MDCC XVII qui erat annus Jubilæus, alma Fridericiana ad academica studia: Et Dn. Franckius, qui tunc officium Prorectoris gerebat, in numerum ciuium academicorum inscribebat, annexis admonitionibus paternis. Quæ uberiores fiebant in toto consessu Professorum, cum ad lectiones meas formandas ac ordinandas venissem. Abhinc audiui

Dn. Langium Prof. Theol. in Theses Theologicas Breithauptianas. Ad quas audiendas ac bis pertractandas Deus dedit mihi occasionem optimam.

Eundem et quidem priuatim in Thomsdorfium

Eundem priuatim in Mysterium Christi et Christianismi.

Eiusdem Exegesin in pastoralem Epist. ad Timoth. scriptam.
Eiusdem Isagogen in historiam Theologico-litterariam.
Eiusdem Historiam ecclesiasticam V. T.
Dn. Franckium P. O. in collegio cursorio-biblico a genesi vsque ad
libros Regum inclusis paraeneticis.
Dn. Herrnschmidium D. in homileticis et pastoralibus
item in Buddei Theologiam moralem
Dn. Antonium D.
1) ad lectiones exegeticas quod attinet
1) in vltima capita Ev. Lucae.
2) in Acta Apostolorum.
3) in epistolam ad Galatas.
4) in epistolam ad Romanos.
5) in epistolas ad Thessalonic.
6) in epistolam ad Philippenses.

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dn. Antonium D.

II. ad Antithesin quod pertinet.

1) in libros Symbolicos.

2) in Antithesin universalem quae Thesibus Breithauptianis parallela dabatur.

III. in Historiam Eccl. N. T.

Dn. Hen. Michaelis D. Philologico-hebraicas lectiones in Prov. Salomonis.

Dn. Bened. Michaelis in totum codicem philologice pertractatum. Quem etiam privatim in Hoseam illust. cum observationib. Rabbinicis. Item in accentuationem hebraeorum etc.

Ad hosce labores academicos tres anni mihi fecerunt. Exceptis horis tribus quotidianis, quae ad formandu iuventutis Glauchensis studia sub Inspectione Dn. Martini destinatae erant.

III. Egressum harum lectionum academicarum fecit Minda in Westphalia sita. Quae cum consensu Summe R. Prof. Franckii ac Inspectorum reliquorum ad orphanorum Mindensium

Mindenſium ſtudia formanda avocavit et ad varia exercitia etiam publica Theologica me meamque operam adhibuit. Cum vero valetudo mea infirmior quotidie fieret, cum amicorum conſenſu ex his laboribus, annis tribus inter eos completis, ire ſum commotus, et aliis, qui robuſtiores ſunt hocce reliqui

Halæ ad Salam
d. 12 Jun.
1723.

Adolphus Matthias
Drebesius Borbienſis Saxo.
natus 29. annos.